



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Praecipvarvm In comitiis  
Ratisponensibus tractataru[m], & quibus nunc  
potissimu[m] exagitur Christi fides & religio, diligens, &  
luculenta explicatio**

**Pighius, Albertus**

**Parisiis, 1549**

XII. De humanis atque ecclesiasticis traditionibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29467**

ecclesie, non potest confici, & non à Laicis, absque vlla eccle pendant  
 sastica cōsecratione tantum vocatis à populo, ad nudū ver- aduersa-  
 bi sacramentorum que, ministerium, nec remissionem pecca rii, & con-  
 porū apud eosdē esse, quòd illa quoque ad sacerdotalem au- siderent,  
 thoritatem, quæ apud eos non est, pertinet, vt hic taceam, *quasi sit*  
 eodem locum non esse, extra illam ecclesiam, quæ illi Cephe *ipsorum*  
 inheret: quæ Petrum pastorem rectoremq; agnoscit: à qua, ecclesia.  
 illam dudum diuisi sunt.

DE TRADITIO-  
 NIBVS HVMANIS CON-  
 trouersia duodecima.



VI semel instituit erronea via in-  
 gredi, quanto procedit magis, tan-  
 to aberrat longius. Iecerunt ad-  
 uersarij vniuersæ doctrinæ suæ  
 fundamentum, illam suam specio-  
 sam fidem, quæ sola nos saluet, &  
 iustificet. Inde progredientes, in  
 quæ errorum portenta processer-  
 rint, ex parte demonstratum satis  
 cōfidimus. Nunc ad id quod est  
 proprium. Ex eodem hoc principio abominantur, quic-  
 quid à sanctis patribus traditum institutum que est ad vitam  
 gratiorem pertinens, atque eo respiciens, vt abrenunciato  
 mundo, crucifixa carne, cœlestem vitam in mortali corpore  
 mediantur homines: vota monastica, constitutas viuendi  
 leges & regulas, vel prescriptas à superiorib<sup>9</sup>, vel quibus sua  
 sponte se altringunt, quibus ea cordi sunt: præterea, ciborum  
 discrimina, & ieiunia, quæ præcipiuntur & obseruantur in  
 ecclesia. Quæ vniuersa execrantur, vt doctrinas dæmonio-  
 rum, Christi euangelio, & fidei doctrinæ contrarias, quando  
 docentur ista valere ad placandum deum, ad promerendam  
 eius gratiam, & ad satisfaciendum pro peccatis: aut si, seu ex  
 præcepti, si ex voti sponte emisit obligatione fiant, tanquam

*Sententia  
 aduersa-  
 riorum, cū  
 suis ratio-  
 nibus ex-  
 plicatio.*



ad salutem necessaria, & quæ sine peccato iam omitti non possunt. Qua de re, ne quid sibi à nobis affingi ipsi querantur aduersarij, ipsa eorundem verba ascripturus sum, tamen alicubi contracta in compendium, sine eorum dispendio habent decimoquinto confessionis articulo.

Admonentur, inquit, homines, quod traditiones humane ad placandum deum, ad promerendam gratiã, & satisfaciendum pro peccatis, aduersentur euangelio, & doctrinæ fidei.

*Vt euangelio uelint aduersari, quicquid sit promerendæ gratiæ, aut satisfaciendæ pro peccatis gratiæ. Doctrinæ demoniorum quas fiant.*

Quare vota, & traditiones de cibis, & diebus, &c. in futurum ad promerendam gratiam, & satisfaciendum pro peccatis, inuiles sunt, & contra euangelium. Addit in Apologia, aperte iudicare nos, qui audeamus negare ista, & aperte obrui euangelium doctrinis demoniorum, quæ docetur, quod sint cultus viles, ad promerendam remissionem peccatorum. Huc citat dicitur Pauli ad Galatas. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustitiam. In quo, suo proposito aptando, longa digressione modo rhetoricantur: ad quam hic dissimulamus in illius gratiam. Quamquam, inquit, quid longa disputatione opus est? Nulla traditio a sanctis patribus hoc consilio instituta est, ut promereamur remissionem peccatorum aut iustitiam: sed tantum propter bonum ordinem in ecclesia. Et ut quis velit instituta certa opera ad promerendam remissionem peccatorum, & iustitiam, quomodo sciret illa opera deo placere, cum non habeat testimonium uerbi dei? Nonne ubique in prophetis prohibet instituire peculiare cultus sine suo mandato? Ezechiel. 20. Neque in preceptis patrum nolite incedere, neque iudicia eorum custodiat, neque in idolis eorum polluamini. Ego dominus deus uester: In preceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea, &c. Et hic papatum regnum Antichristi facit: quod in eo docetur tales cultus, non solum viles ad iustificationem, sed & necessarii: id quod paulo minus ab idololatria abesse uoluit. Sanctos patres, & si habuerint & ipsi ritus ac traditiones, non tamen sensisse has viles & necessarias ad iustificationem.

*Quo argumento Patrus illius Antichristi regnum sit.*

Habere quidem traditiones has, speciem sapientiæ, & et hoc humane rationi imponi: sed aduersum illam muniri non oportere uerbo dei Paulum ad Colossenses. clare docere. Nemo uos iudicet in cibo, potu, aut festo, aut nouissimo, aut sabbato, quæ sunt umbræ futurorum, corpus autem Christi. Quibus uerbis simul & legem Moysi, & traditiones humane complecti illum uolunt. Ut cunque tamen hoc acco-



atur à nobis. Si euangelium, inquit, negat cæremonias  
Moyfi, quæ erant diuinitus institutæ, iustificare: quantò mi-  
nus iustificat traditiones humanæ?

Discrimina proinde ciborum, tribus de causis sustulisse se  
dicant. Primò, quoniam persuasum hominibus fuit, vtilè esse  
eis abstinentiam ad promerendam gratiam. Secùdò, quia  
humanæ huiusmodi traditiones præferebatur præceptis Dei.  
Terziò, quia attulerunt magna pericula cõscientiis, eo quod  
impossibile esset omnes traditiones seruare: & tamen homi-  
nes arbitrabantur, has obseruationes, esse cultus necessarios.  
Quin & Paulum ad Timotheum aiunt vocare prohibiti-  
onem ciborum, doctrinam dæmonionum. Quia pugnat cum  
Euangelio talia opera instituire, aut facere.

Hæc ferè summa est sententiæ aduersariorũ, de humanis tra-  
ditionibus, & discrimine ciborũ, dierũ, & cætera, & assertio-  
nis eiusdè. Quæ argumentorum rationumque eorum omniũ  
vim non infideliter complexos nos, ipsi non diffitebuntur.

Decreueram à principio, breuiter & simpliciter pertracta-  
re singula, quæ inter nos & aduersarios sunt, controuersia-  
rum capita: quod suadebant, & temporis breuitas, & vi-  
tæ & apparatus librorum viatorius: sed rerum de quibus  
agitur, magnitudo & grauitas, à quibus, in vnam aut alteram  
partem intellectus nostra pendet aut salus aut damnatio, &  
quæ mihi grauitè oppressa & irreuincibiliter constricta, non  
cedit impietatis contumacia, me coegerunt, in ipsa, quod di-  
ctum, arena, in ipso rerum tractatu mutare consilium, & alicu-  
la pressius diligentiusque insistere.

Si fidele & Christianum est illius Origenis consilium, vt  
verissimè est, quo nos admonet, ne ab iis, quæ communi con-  
sentia probat & sequitur catholica Christi ecclesia, vlla ca-  
uosa scripturarũ, quæ nobis forte videretur, euidentia,  
nos abduci sinamus: sed diligèter meminerimus, quoties hæc  
adocentur aduersus eiusmodi, ea nos tentatione pulsari, de  
qua cautos præmonitosque nos fecit Christus, & monstrari  
nobis Christum, quamuis cõtra Christum, in desertis, in an-  
gulis, in domorũ penetralibus: qui, se teste frustra alibi quæ-  
ritur, nec vsquam inuenitur, nisi in illo corpore catholicæ ec-  
clesiæ, ad quod congregantur illæ aquilæ: proinde, illis cre-  
dere nos non debere, nec exire à paterna ecclesiasticâq; tra-  
ditiõne ac doctrina, sed hoc certo nobis persuadere, cõtrave-

*Discrimi-  
na ciborũ  
cur sustu-  
lerint.*

*Dicitur sen-  
tentia ex-  
cusso.*

*Ex hoc ap-  
gumento  
quemlibet  
facile in-  
telligere,  
qualis vni-  
uersa ad-  
uersario-  
rũ doctri-  
na Chri-  
stiano ha-  
benda sit.*



ram suam, germanamque induci sententiam, quamuis ipsi eodem non allequeremur, quicquid ex scripturis aduersus communem & iam olim receptam ecclesie sententiam inducitur. Quid erit, ubi non solum, nulla scripturarum probabilitate, vi, aut euidencia adactos, imò palam etiam aduersus euidentissimas scripturas, quos viderimus vbique conuellere, impugnare, lacerare, comunem atque olim receptam ecclesie doctrinam, & sententiam: atque illi contra, suam impietatem, et da solaque asseuerandi impudentia ex aduerso statuerent? An quisquam erit mentis sanæ, modo se Christianum meminerit, qui eiusmodi assertionem, præsertim hominum, pudet dicere, qualium, vel tantillum mouebitur? Quorsum autem hoc procerium pertineat, is intelligit qui priora legerit, & sequentia perlecturus est.

*Ecclesiasticarum  
constitutionum  
necessitas.*

In primis (vt non nihil proprie dicamus de ecclesiasticis constitutionibus) disciplina ecclesie opus esse, euidenter non dubitatum est: non minus quàm pane & aqua hominibus. Quis ubi tollas, ibi videas omnia pessum ire licentia, & contemptu pietatis ac religionis omnia in carnem & impietatem recedere. Hanc, constare non posse, si tollas hierarchiam ecclesiasticam, aut hierarchis suam auctoritatem detrahas, tam est certum & euidentis, vt ipsi etiam fateantur aduersarij, committi ipsa reieuidencia. Nec minus, suis legibus & constitutionibus eam necessario contineri, quibus, vel imperantur certa quedam Christi fidelibus, quæ ad finem ecclesiasticæ societatis pertinent, & ad pietatē promouent: vel ordo, decor, & honestas conseruantur in ecclesia: in qua, aut decori, aut mysticæ gratia, multa facere congruit. Neque enim, velut in vulgari domo, aut popina aliqua, in domo Dei versandum est: sed vniuersa, religionem præ se ferant & loquantur oportet: in ea quicquam spectari conuenit, quod non pietatem adiuuet. Ad primū genus pertinet, ieiunia quadragesimæ, & aliorum nonnullorum dierum: & quibusdam per hebdomadas dominus, & solēnis observatio, in diuino cultu, & verbi Dei studio atque audientia: pœnitentiæ & eucharistiæ prescriptio in paschate: & si quæ sunt alia istiusmodi. Quanquam vniuersa ferè, quæ vniuersaliter omnes concernūt, in iam enumeratis cõtineantur, quæ aduersarij quæruntur tam esse multa, & dinumerare vix queas: tam graua, vt Dei poulo sint impo-

*Ecclesiasticarum  
constitutionum.*



illis. Nam quæ ad ecclesiæ ministros propriè pertinet, item,  
 leges quæ moderantur Christiana connubia, non ad omnes  
 pertinent. Secundi generis, sunt cæremoniæ, quas ab ipso ec-  
 clesiæ initio, toto orbe Christiano vsque nunc obseruatas cõ-  
 seruamus, in sacro habitu ac vestitu pontificio, sacerdotali, &  
 aliarum ministratium: in ritu certo, qui in diuino officio, & Ec-  
 clesiæ sacramento tractandis & tradendis obseruandus  
 est in cereis & lampadibus ardentibus, quæ vt honoris signi-  
 ficationem habent ex consensu mortalium, ita viuæ illius ef-  
 ficaciæque fidei per charitatem ardentis nos admonent, in a-  
 genda, stram energiam habet aduersus aduersarias:  
 aliter, & baptismum nobis in memoriã reuocat. Ita & Sal,  
 cinis: cinis, mortalitatis: & pleraque per quadragesimã  
 in ecclesijs symbola, pœnitentiæ nos admonent. Istorum, &  
 multum vsum vetustissimum fuisse, ab ipsis vsque Apосто-  
 licis temporibus, in vniuersa Christi ecclesia, ex scriptoribus  
 eorundem temporum, Dionysio, Clemente, & subsequitis  
 scriptoribus, indubitatum est. Polycrates ille vetustissimus Ephe-  
 sorum Episcopus, in ea contentione, num quartadecima mē-  
 sis primi, cum Iudæis, quemadmodum ipsi à beatissimo Ioan-  
 ne accepisse se contendeant: an vero, dominica sequente  
 pascha celebrari oportet, iuxta morem & edictum  
 Romanæ ecclesiæ. Hunc, inquit, decimaquarta paschæ diem  
 Iudæos seruauit, Pontifex Christi, auream laminam in fron-  
 te sua portans. Quo verbo, vniuersum illum sacrum ornatum  
 pontificium quem describit Dionysius, & magno consensu  
 toto orbe adhuc obseruat Christi ecclesia, breuiter innuit.  
 Quibus inter cæremonias illas spectentur, quædam, quarum  
 non omnes intelligunt mysteria, nihilominus nihil earum fru-  
 strum agi certo persuasi fideles, etiam latentia illis nec intelle-  
 ctu religose venerantur mysteria: vt studio pleraque spiritus  
 sanctus consilio, ab initio tecta sunt populo ab Apostolicis  
 scriptis, sanctisque patribus. Cuius cum multa proferre irrefra-  
 gabilia possemus testimonia, vnius Origenis, hic ascripsisse  
 suffecerit: ex quo, vna intelliges, quem authorem eorundem,  
 cognouerit etiam illo seculo, Christi ecclesia, quas nunc  
 contempnunt, contempnunt, lacerant, & velut hominum super-  
 stitiosorum inuenta, & dæmoniorum doctrinas traducunt homi-  
 nes viliissimi, & abolere conantur ab ecclesia, maximo scâdalo



DE TRADITIO. HVMANIS,

ecclesiæ, & grauiſſimo vulnere vnitatis Chriſti corporis. In ille itaque homil. quinta in Numeros, habet in hæc verba, Quod humeris Leuitarum portantur ſancta obiecta, ſignificat, quod in eccleſiaſticiſ obſeruacionibus ſunt nonnulla, que omnibus quidem facere neceſſe ſit, nec tamen ratio conuenit omnibus. Nam quod, verbi gratia, geniculamur ceteros, & quod id verſus Orientem facimus, non facile conueniunt ratio compertum. Sed & Eucharistiæ ſeu percipiendæ, ſeu quo ritu geritur, explicandæ, vel eorum quæ in baptiſmo geruntur verborum, geſtorumque & ordinum, & interrogationum & reſponſionum rationem quis facile explicet? Et tamen hæc omnia, opera atque velata licet, ponimus ſuper humeros noſtros, cum ita implemus ea, atque equimur, vt à magno pontifice atque eius filiis tradita & commendata ſuſcepimus: niſi quis ſit Aaron, aut filius Aaron, cui hæc conceditur, nuda & reuelata perſpicere. Ita tamen, requiritur, talibus conceditur, vt ſciant ſibi velanda hæc & operienda, vbi cæteris dari ea, & in opus proferri ratio populæ rit. Hæc ille Origenes. Ex quibus verbis, hoc in primis intelligis, vt ſancti patres ab initio, velut ex conſilio ſancti ſpiritus, in his, ſtudio pleraque celauerint, ne intulgarentur populo: quo myſteriis (vt diui Baſilij hoc verbis dicam) ſua teneret dignitas. Deinde & hoc intelligis, eaſdem hæc cærenas, quas adhuc toto orbe ſeruat eccleſia, eſſet illa primitiua & vere apoſtolicâ eccleſiam ſeruauit, velut neceſſarias, & inſtitutas ab ipſo Pontifice magno Chriſto, & eius filiis, Apoſtolis: quibus credere, quos ſequi duces & anteſignatos noſtræ religionis & fidei, vnâ cū vniuerſa ab initio viſque nunc catholica eccleſia, quam nunc abducentes nos ab eadem. Laſtherum, Philippum, & neſcio quos hominis, qui dubitare poterit, an ſit rectius, tutius, ac ſecurius, mihi ſanè mentis ſana non videretur, ſed portionatus eſſe Circeo aliquo poculo.

Itaque non hoc demôſtrare hoc loco conabimur, ſed tantum meminisse & reuocare ad memoriam, eccleſiæ filios, prædictis teneri viuere, ab antiquo, imò ab initio obſeruari in Eccleſiaſtica domo ritibus, conſuetudinibus, & legibus obedire ſibi conſtitutis à Deo præpoſitis, & ſacris magiſtribus in hierarchia Eccleſiaſtica: Hoc enim, ex his quæ ſupra controuerſia tertia luculenter demonſtrauimus, nec minus, ex his quæ decima ſexta cõtrouerſia de Eccleſiaſtica po-





veritate dicetur, nulli esse dubium poterit: & ipsi (vt aliud se-  
dentes, aliud stantes, quod dicitur) ipsa rei euidencia conui-  
cti, quamuis inuiti, quantumuis dicta omnia, sub nomine hu-  
manarum traditionum, tam impudenter lacerarunt, vt etiam  
in sua illa confessione, atque eius apologia, dæmoniorū do-  
ctrinas non erubuerint dicere: sæpe fateri coguntur aduersa-  
rii, & stulum vertere. Id quod in Butzeri Pastore, est euidens  
conerere; nec minus in Philippi Aristotelicorum Ethicorum  
epitome, vbi habet in hæc verba: quæ ideo nō piguit ascribe-  
re, vt intelligeres sectoꝝ, quanta sit veritatis huius vis & eui-  
dencia, quæ etiam ab inuitis, atque eius ex professo hostibus,  
in claram sui confessionem extorquere potuit.

Non omnes, inquit, ecclesiasticas constitutiones, humanas  
esse superius euicimus. Nam omnino obligabar decretum  
Aldorum, xv. quanuis de rebus externis constitutū. Et si quis  
non obtemperasset pro tempore cōsilio spiritus & ecclesiæ,  
sed cum scandalo & contemptu prauaricasset, mortaliter  
peccasset, atque excommunicandus fuisset, quia non audisset  
ecclesiam & Christum. Non quod facerent ad impetrādā  
originalē iustitiā: sed ad ordinem, ecclesiasticāque po-  
liciam: & regni Christi promotionem. Nā in violatione, duæ  
res periclitantur: disciplina, & tranquillitas seu harmonia sta-  
tus pulchri. Porro, vtriusque rei magnitudinem & vim, præ-  
cipue nos intelligere decet, qui in studiis doctrinæ & virtutū  
versamur. Primū enim, disciplinæ causā, opus est certis or-  
dinationibus. Nam rudes, & rudis ætas, assuefacienda est cæ-  
rimonis & ritibus, cæteris feriis & lectionibꝰ, item exercitiis  
domesticis & publicis eamq; ob causam, vocat Paulus legē,  
pædagogū. Nam hæ cærimonie sunt quædam pædagogia,  
necessaria primæ ætati. Et si autem Euangelium quandā sub-  
tilliorē doctrinā afferat, tamen non vult aboleri discipli-  
nam & pædagogiam: sed iubet, vt homines exerceantur, re-  
guntur, & doceantur huiusmodi pædagogia. Licentia autem  
pædagogicæ, officit: primū, quia homines profanos fa-  
cit profanos: vulgus enim, natura, odit legum vincula, &  
licenter imitatur huiusmodi exempla licentiæ. Quod parū  
satis, nisi consequenter degenerarent ex horum contemptu,  
ad contemptum religioni, & hierarchiæ ecclesiasticæ, vt fa-  
ctum vidimus. Non possunt enim institui ad timorem dei,  
vbi pædagogia, ordo, disciplina, & catechismus non est. Ne-



DE TRADITIO. HVMANIS.

cesse est autem sequi infinitam barbariem, & vastitatem, vi  
 iuuentus & vulgus non possunt institui. Quantum vero ser-  
 lus est, exemplum præbere huius vastitatis? Iam quantum ma-  
 li est, in altera scandali parte, quod videlicet, tranquillitas ec-  
 clesiæ, & rerum publicarum status turbatur? Denique, ut ordo  
 & harmonia publicorum rituum conciliat & consociat ho-  
 mines, ita confusio ordinis & discrepantia rituum, distrahit  
 animos, & parit ingentes tumultus & æterna bella. Cogi-  
 mus igitur in violatione traditionum, plerumque & facile ex-  
 emplum manare ad alios. Cogitemus deinde, quantum in exem-  
 plo mali sit. Quare ne conscientias oneremus, ne aliis quoque  
 noceamus, maiore cura, etiam qualescunque ritus publicos  
 obseruemus. Tyrannicum est, magis quid nos deleat, quam  
 quid aliis proficiat, spectare. Non enim nascimur nobis in his  
 vita nostra ad alios etiam pertinet, & præcipue ad ecclesiam  
 hoc est, Christi gloriam, ad conservationem ministerii, & re-  
 tinendam pædagogiam populi. Has duas res, quæ sunt mun-  
 dani, ecclesia præcipue tueri cupit. In his symbolam illam, hoc  
 est, nostram obedientiam, diligentiam, & studium presertim,  
 propter communem salutem & tranquillitatem. Quod enim  
 Paulus traditiones & elementa egena vocat, de pharisæis  
 institutionibus dicit, non de ecclesiasticis decretis. Ecclesi-  
 astici autem magistratus est officium, exercendi & constitu-  
 di iudicia dogmatum, prædicandi, arguendi, excommunican-  
 di verbo, sine vi corporali. Ecclesiastica potestas in Petro &  
 Apostolis constituta est, & cæpta, Civilis, in Noë, cum eui-  
 xit deus. Qui fuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis  
 eius, per hominem subaudi ad hoc ordinatum. Hactenus ille.  
 Ad quæ sua ipsius verba, si se, suamque; & Lutheri doctrinam  
 diligenter expendens, mente constare potuerit aut frontem  
 audeat attollere, parum mihi mentis aut frontis habere vide-  
 bitur. Si verum est, quod est verissimum, in ecclesiasticarum  
 constitutionum prauaricatione periclitari duas res momenti  
 maximi, in Christi ecclesia: disciplinam nempe, & tranquilli-  
 tatem harmoniamque status publici: si disciplinæ causa o-  
 pus est certis legibus & ordinationibus, cærem omnis quoque  
 & ritibus, quibus, velut pædagogia quadam cõtineantur ex-  
 erceanturque simplicis: imò, si ratio exigit, rei euidentiã re-  
 quirat, euangelium iubet, ut eiusmodi pædagogia exerceat-  
 tur, regantur & doceantur homines: si tranquillitas, vnitatis,



harmonia ecclesia, pendet ex ordine, & consensu publicorū  
 orum, qui (quod verissimè hic dicit, & cōfiteretur nobiscum  
 Philippus) vt cōciliat & consociat homines, ita cōfusio or-  
 dinis, & discrepantia rituum distrahit animos, & ingentes tu-  
 multus, æternaque bella parit: Si inquam hæc ita habeant, vt  
 habent verissimè, etiam vltro cōfidentibus aduersariis: idem  
 seculum expédant & cogitent, quàm bene sint de ecclesia me-  
 ritum. Ante noui huius doctrinam euangelij, religionis, & fidei,  
 publicorumque rituum magnus consensus erat in ecclesia: &  
 Christi fidelibus omnibus, religiose obseruabantur cōstitu-  
 tiones ecclesiasticæ: agnoscebaturque ecclesiasticæ hierar-  
 chie, & hierarchis, sua autoritas: per quam vigeat adhuc  
 qualescunque disciplina ecclesiæ, & reuerentia metusque su-  
 preme autoritatis in ecclesiastica hierarchia præsidis, magi-  
 stratus, tam sacri, quàm profani, continebatur in officio: in  
 quos delinquentes, corrigendos atque etiam amouédos ma-  
 gistratu & officio, vbi id excessus grauitas, & exempli perni-  
 ces requirebat, constante ac vigente religionis vnitate, eius  
 valebat autoritas. At postquã nouæ huius fidei, noui euan-  
 gelij doctrina in orbè inuecta est, doceri cœpit, quicquid in  
 canonicis scripturis non habetur, hoc planè additamentum esse  
 debent. Ex quo statim principio, primū omnes leges & con-  
 stituciones pontificiæ atque ecclesiasticæ sunt sublata: è me-  
 moria, vbi ea doctrina recepta est, vt mera figmenta & menda-  
 cia. Sacerdotium (quale solum, eatenus nouerat ecclesia) epi-  
 scopali ministerio, ritu à maioribus accepto, tradito, & toto  
 orbe obseruato ab initio (vt superiori cōtrouersia demōstra-  
 uimus) pronunciatum est idolum, & ignorantium hominum  
 ingenitum esse: & missas, in quibus deo offerretur illa sacro-  
 sanda oblatio corporis & sanguinis Christi in Eucharistia,  
 que modo dū maximo consensu, quanta quanta est, ab initio,  
 vniuersa Christi ecclesia (quod cōtrouersia V. demō-  
 strauimus) docuerunt esse summam impietatem, & idolola-  
 trum. Publicus ritus, & forma celebrandæ missæ, item & eius  
 oration, quod sacrificij mentionem & diuorum inuocationē  
 continebat, eatenus in vniuersa hac Occidentis & Latina ec-  
 clesia, à tot seculis vnanimi obseruati cōsensu, planè oblite-  
 rati sunt: & pro eis recepta parum sana Lutheri somnia. Ido-  
 latriæ pronunciat, qui maiorum & vniuersæ Christianæ  
 ecclesiæ ritu, diuos coleret cum Christo regnâtes: eorū cum



## DE TRADIT. HVMANIS

veneratione haberent reliquias: eosdem honorarent statuis,  
 imaginib<sup>9</sup>, & picturis, quo & eorū gloriosa certamina, iei-  
 tarum subiceretur oculis: imò, qui Christum ipsum adora-  
 rēt, quamuis verè præsentem nobis in eucharistia. Exhiberēt,  
 proscriptum, & anathematizatum, quicquid eatenus sine scri-  
 pto, velut ex apostolica traditione, omnibus sæculis toto or-  
 be seruauit ecclesia: nèpe, ritus vniuersus benedictionū, & co-  
 secrationum ecclesiasticarum, in chrismate, in oleo sacro, in  
 sacro fonte, in aqua lustrali, in cereis, in locis, templis, altari-  
 bus, vestibus, vasis diuino cultui mancipatis, breuiter, quic-  
 quid est sacrorū ritūū, quicquid cæremoniā in tractandis  
 tradēdisque sacramentis ecclesiasticis. Vniuersam diuini cul-  
 tus qui in templis peragitur, & eatenus toto orbe summa cū  
 religione, pietate & deuotione Christi fidelium peracta est,  
 illam exteriorem faciem, impietatem esse. Antichristi larua  
 ac faciem, præsertim, si existimetur ad pietatem condones,  
 hominibus persuasum & inculcatum est. Abolita festiuitates  
 publicæ, quibus, vel redēptionis nostræ mysteria, vel sancto-  
 rum patrū nostrorū gloriosos de hoc mūdo triūphos, recu-  
 rrente per annum celebritate recolimus. Abolita ieiunia, et  
 alia, tum quadragesimæ, quæ toto orbe, ab ipsis vsque Apo-  
 stolorū tēporibus tota obseruauit ecclesia. Et cum alius ple-  
 risque diebus piscibus vesci quā carnibus malint, quibus die-  
 bus illis interdixit ecclesia, vescuntur iisdem quasi in cōtem-  
 ptum ecclesiæ: Cū multis sæculis in pace egisset Occiden-  
 tis hæc & Latina ecclesia, & eundē ritum seruaret sub patri-  
 tantum specie cōmunicandi populum, ante annos ducentos  
 impugnari hoc cœprū est per seditiosos quosdā, & nouissimi  
 captores ac studiosos in Boëmia, Ioannē de Husl. & Hiero-  
 nymū Pragen. & velut CHRISTI euāgelio contrarius dā-  
 nari publicus ritus vsitatus eatenus, & doceri communio  
 vtriusque speciei necessitas: quanta illius regni ante floren-  
 tissimi clade, confusione, deformatione, deuastatione, quos  
 millium hominum cæde, res ipsa adhuc hodie loquitur. Sed  
 cū malum hoc iam dudum intra limites vnius illius regni,  
 velut cōsopitum, quiesceret, necvquam extra se promou-  
 set: per hos, in vniuersam Germaniam introduci cœpit. Cū  
 tota ab initio ad nos vsque Christi ecclesia, ab ipsius nimirū  
 Apostolis hoc receperit, ne sacerdotes, & altaris ministri seu  
 diaconi nuberēt, tametsi ante mariti vnius tamē vxoris, qui



virginē accepissent, (quem morem semper retinuit Græco-  
rum ecclesia) admitterentur ad sacerdotium, nec vlla sit, aut  
vulgata fuerit natio Christianæ professionis, vbi sit admissum  
velut legitimum, sacerdotum coniugium: imò, apostolicis ca-  
nonibus, synodorum, tam in Orientali, quàm Occidentali, A-  
fricana quoq; ecclesijs celebratarum, ecclesiasticisque decre-  
tis, strictissime id fuerit interdictum semper & inhibutum.  
Eodem admodum xv. controuersia faciemus euidentissimum.  
Hi sacerdotes, volunt nubere: non semel tantum, sed decies, si  
vires tulerit: etiam cum quibuslibet: cum vidua: cū vili scō  
nupte sacerdotes tantum, sed etiam monachos & monachas  
quosmet ipsos voto deo præstito spōte castrarūt propter re-  
gnum dei. Quibus iuxta certissimam diuinæ scripturæ, & or-  
thodoxorum patrum omnium sententiam, nō solum nubere  
sed & velle nubere damnabile est: quod ex x i i i i. & xv. cō-  
trouersijs euidentissimum erit. In his omnibus, ante doctrinā  
nouū huius Euangelij, nulla controuersia extitit, sed fidei, ob-  
seruationis, & rituum vnitas. Hoc credebamus & tenebamus  
omnes, quod multis retro sæculis velut per manus traditū à  
patribus in filios & ad nos transmissum accepimus, & didici-  
mus in catholica ecclesia: idem tenebant, credebant, & obser-  
uabant nobiscum: qui his magistris & authoribus, in dictis o-  
mnibus nunc à nobis dissentiuunt. Qui, quod eatenus mēbra  
vniuersitatis ecclesiasticæ familiæ & Christi corporis nō  
solum fuerint, ire non possunt inficias: eadem fide, iisdem ri-  
tibus publicis nobiscum conuersantes in domo ecclesiastica  
sacerdotis & pastoris eius nobis constituti à Christo obe-  
dientia. Quod igitur per se suaq; autoritate secesserūt à reli-  
quo corpore: quod eatenus vna & cōmunia partiri, imò, de-  
bere conati sunt: quod omnia vstitata, recepta vetera, anti-  
quæ: noua introducere: idq; sua, priuatorū nēpe & obscuro  
hominum autoritate, & quibus nō præesse, sed subesse  
sacerdotibus ecclesiæ non illos regere, sed regi ab eisdē à Chri-  
sto mandatum est: quis non intelligit factum pessimè, iniu-  
rissimè, seditiosissimè? Si vnus alicuius magnæ & insignis  
ciuitatis pars nonnulla priuatorum & obscurorum homi-  
num, & quæ reliquæ comparata vix vllum numerum consti-  
tueret, imò indigna esset quæ compararetur cum reliqua, ini-  
ter se coniurationibus publica sibi appropriare con-  
atur, cōmunia partiri, aliena inuadere & suo dispensare

*Qui autho-  
res. diuisio-  
nis que  
nunc est in  
ecclesia.*

*Nota simi-  
le.*





arbitrio, receptas leges antiquare, nouas introducere, noue, cōfundere, sursum deorsumq; miscere omnia, nūquid dubitarent magistratus, hos, vt perniciem publicam coercere, opprimere, & in ijs exemplum edere seditiosis ceteris? & si illi vel negligere, vel etiam proderent salutem publicam, an ignorarent ciues boni ceteri, in istiusmodi casu quid fieret officij? Quid igitur, vbi in domo Dei viuentis istiusmodi facta esse & adhuc fieri conspiciamus? Si ad hæc commiserit qui in ea magistratum gerunt, imò si quidam eorum private cuiusdam suæ rei, sui affectus, aut sui odij in quenquam causa, quia alteri, cui id malum præsentius iudicant, & plus modaturum existimant, gliscere magis hanc perniciem publicam cupiant quàm opprimi, & clàm oleum camino imicerent, nunquid suo officio satisfacerent? nunquid indigni forent qui magistratu amouerentur? imò, qui exterminarentur vnà cum eiusmodi peste & pernitie publica? Si in ecclesiasticarum constitutionum præuaricatione periclitatur deeres maximi momenti in ecclesia, nempe, disciplina, & tranquillitas harmoniâque status publici, quod aperte agnoscat, & ingenue confitetur Philippus, necesse est ex earunden cōtemptu, imò abolitione, planè tolli abolerique disciplinam, tranquillitatem, harmoniâque status publici ab ecclesia. Quod cum illi sua illa, doctrina palam & ex professo facere conati sint, nec adhuc cessent facere: suo ipsorum constantur iudicio & sententia. Si disciplinæ causa, opus est certis legibus & ordinationibus, cæremonijs quoque & ritibus quibus velut pædagogia quadam contineantur exercenda, que simplices: imò, si ratio requirit, ipsa rei euidencia exigat, euangelium iubet, vt eiusmodi pædagogia exercentur, regantur, doceanturque Christi fideles, quem disciplina cum reliquerunt in ecclesia, qui docuerunt ecclesiasticas leges & ordinationes, absque discrimine, esse mera figmenta & mendacia: esse traditiones hominū quibus nemo obligatus coram deo possit, quas Apostolus doctrinas dæmoniorū appellauerit? Qui cæremonias vniuersas & ritus sacros deriderunt, exploserunt, & exhibilarunt ab ecclesia: & nouos intruderunt, quisque pro suo arbitrio? Si verum est Philippe quod dicis, vt est verissimum, ex contemptu dictorum, cosequi in populo contemptu religionis & hierarchiæ ecclesiasticæ: quod ipsam attestari affirmas, quam omnes cernimus, rei euidencia



non possunt institui ad timorem dei homines, ubi pædagogus, disciplina non est: sed his sublati, necesse sit sequi  
 in vitam vastitatem & barbariem: si recte admones, ut quis  
 que consideret, quàm immensum scelus sit, istiusmodi vasti-  
 tatem exemplis præbere & authorem se facere: quantum deni-  
 que mali sit in altera scandali parte, quo tranquillitas, & sta-  
 tus publicus turbatur ecclesiæ, quæ in ordine publico, & ma-  
 gistratibus sacris, sub vno præside superintendente omnibus  
 ritibus æternus tot seculis duravit, consistere, per se est evidens  
 notorium: si inquam ad hæc abs te verissime dicta, ipse te,  
 tuorumque, quam adhuc asseris doctrinam serio excu-  
 tum & expendis, miror & stupeo, quod te ipsum, tuamque  
 conscientiam ferre possis, quod non recurris ad laqueum. Si  
 quod dicit, & verissime dicit, ordine, & harmonia publi-  
 corum rituum conciliari consociarique homines: si contra,  
 confusione ordinis, & discrepantia rituum distrabi animos,  
 & ingentes tumultus, æternæque bella generari: & proinde ne  
 præbeamus tantis malis causam, ut summa cura obseruemus  
 ritum qualemcunque ritus publicos, recte consulis, utinam ip-  
 si tibi, Luthero, tuisque consuluisse rectius, & adhuc consule-  
 re, utinam præstitissetis quæ consulis, nempe symbolam ec-  
 clesiæ obedientiam vestram, diligentiam, studium pro cõser-  
 vando eius ordine, disciplina, tranquillitate salutæque publi-  
 cæ, & nõ cõtra potius vestra doctrina confusis ordinibus, in-  
 dudicæque in ecclesiâ novitate rituum ac discrepantia, pu-  
 blicæ, tum multibus, bellis (quod res ipsa demonstrat & loquitur)  
 causam inexhaustâ præstitissetis, quæ, nisi omnipotens deus  
 providerit sua benignitate & gratia, peiorem, imò funestissi-  
 mam adhuc minantur exitum. Si dei verbo, & diuinis scri-  
 pturis dixeris coactos te tuosque, docuisse & egisse quæ cõme-  
 moramus, quid, si forte scriptura non recte intellexeritis?  
 Quid, si maiores nostri, viri orthodoxi, salutis suæ nõ minus  
 quam vos studiosi (quos duces & antesignanos nostræ fidei  
 & sententiæ sequimur) rectius scripturas, quàm vos, intellexe-  
 rint? Quid, si etiam ipsi nos, easdẽ quas vos scripturas legen-  
 tes, & aliter quàm vos, tamen recte, intelligimus? Meminisse  
 debuissetis, scripturas esse publicas ecclesiæ, non priuatas ve-  
 stras. De quibus, si quæ forte orta inter ecclesiæ filios fuisset  
 querelæ & contentio, si qua ambiguitas, non ad vestram ea,  
 sed ecclesiæ, magistratuumque ecclesiasticorum referenda fuis-  
 set desi-



## DE TRADIT. HVMANIS

set definitionem & iudicium. Intolerandæ hoc est arrogantiæ leges & scripturas publicas, ad priuatam vestram intelligentiam & interpretationem cogere, & vestro præiudicio præscribere alijs vt intelligi debeant: ad publicam, non vestram auctoritatem hoc pertinere indubitatum est. Et quod ille vult tranquillitatis, salutis publicæ christianæ societatis studium habere credendus est, qui in ea de capitalibus pleuræ dogmatibus dissentiens à reliquis, & ea quæ multis seculis non præcessit vniuersa ecclesia, nec tamen sententiam suam vult sincere (submittere sententiæ & iudicio sacerorū in eadē magistratum, quos ad formam expressam in synagoga veteri Christus instituit, & quibus singulariter commisit (quod nec ipsi diffitemini) discernere, iudicare, & cōstituere de dogmatibus? Et quæ obsecro scriptura vos cogit ferijs sextis & septimis non abstinere ab esu carniū cum reliqua non solū quæ nunc est, sed quæ multis retro fuit seculis toto orbe Christi ecclesia? quæ non ieiunare quadragesimam: & cætera cōstitutata ieiunia? nunquid est vlla scriptura, quæ interdicit certis diebus ieiunare, & etiam obedientiæ, vnitatis ecclesiæ conseruandæ, macerandæque carnis studio abstinere à carnibus? nunquid vlla scriptura vetat te humiliter confiteri peccata tua, quæ tibi post non negligentem discussionem occurrunt, sacerdoti, Christi legato & vicario, & cui ille potestatem ea condonandi tibi impartitus est, vt eius tibi salubriter pœnitenti remittantur absolutione ac ministerio? Dicis graue esse confessionis onus. Quid, si eius utilitas grauitatem compensat? Quid, si sit, non solū vtile, sed etiam necessarium? Quamuis ei qui verè deum timet, & peccatorum suorum ex corde, vt oportet, pœnitet, non est admodum grauis hæc sarcina. Suprà demonstraui, non ecclesiastica tantum, sed & Christi constitutione necessariam confessionem istiusmodi Christi fidelibus. Esto tamen, vt ecclesiastica tantum constitutione introducta sit: itane igitur licebit quibusuis, ecclesiasticas constitutiones contemnere, & abrogare pro suo arbitrio? ita ne nihil nobis faciendum est, tametsi graue nobis videatur (quæ tamen ipsa grauitas hæc in re ex nobis tantum nostraque voluntate est) pro conseruanda auctoritate & auctoritate hierarchiæ ecclesiasticæ? pro vigore disciplinæ publicæ? pro tranquillitate communi que salute ecclesiæ? pro paxi & tranquillitate populi? Cui, quantam peccandi licentiam aperuerunt ex vlla



si blata confessione istiusmodi: si non intelligunt, neque  
 istiusmodi, suæque ea in re doctrinæ poenitent, non est magna  
 cura populi. Sed ista, de ecclesiasticis constitutionibus,  
 ista superque præfertim cum sub aliena nominata, at  
 que titulo, nempe, humanarum traditionum, & ex alio capi-  
 tulo principio, hic eas impugnent.

Principium primum in hac causa hoc illis est.

Remissionem peccatorum, & iustificationis gratiam sola  
 illa illa sua fide contingere. Opera verò, quæ à deo præce-  
 rant, ideo faciendæ, quia ab illo præcepta sunt: non ut il-  
 li quæquam mereamur, quæ & sola opera bona agnoscunt.  
 præter quæ si quæ aut ex nostra ipsorum electione, nostroq;  
 merito, aut ex superiorum, sanctorumve patrum præscripto  
 consilio assumpserimus, tamen ad aliquid esse vtilia pos-  
 sunt apud deum tamen nullius momenti haberi. Quæ, si in-  
 ter ea intentione fideque fiant, ut illis deum placeamus, e-  
 gratiam promereamur, pro peccatis satisfaciamus: iam non  
 tantum, sed perniosa atque impia esse, & Christi ornem, quæ  
 angelo contraria, ex doctrinis dæmoniorum profecta. Ita cunq;  
 diuini de eisdem modestissime loquuntur, etiam in hac sua, næ iræ pla-  
 reuoluiti, confessione publica: tamen in priuatis ipsorum eanda,  
 & ad populum concionibus, hæc ipsa flagellent ver-  
 misericor-  
 ditate multo atrocioribus, atque immodestioribus: ut quod sint diæ eius  
 negatio misericordiæ dei, & sanguinis domini nostri Iesû promeren-  
 dam: quod in Euangelium gloriæ dei blasphema: quod de, aut pro  
 christi nostri baptismi ignorantia: imò idololatria. Esse enim peccatis no-  
 stris, deos alienos facere, & perpetuo sine deo esse. His at-  
 stris satis-  
 que eiusmodi encomijs atque epithetis, exornant ieiunia, faciendi  
 ieiunia, vigilias, cæterasque carnis afflictiones, quibus diuine gratia faci-  
 endæ placandæ, eius gratiæ impetrandæ, punitionis de pec-  
 mus.  
 catis suis sumendæ causa, vltro se subdūt homines. Sed hic de  
 istam aliquantulo loquuntur modestius, & euangelio Chri-  
 sti aduersari, eius fidem obscurare, dæmoniorumque doctri-  
 nis dicitur contenti sunt.

Ex istiusmodi principio, illa eis consequuntur, quæ supra  
 demonstrati, de traditionibus, quas dicunt, aut præceptis huma-  
 tur princi-  
 nis de ciborum discrimine, de votis, institutisque monasticis. pui illius e-  
 nis quibus omnibus cum ita euidenter pugnet (quod mox in-  
 uidens pu-  
 niti) cum diuinis scripturis, cum Christo, cum apostolis, gratia, cū  
 diuini omnibus notoria catholica ab initio ecclesiæ sanctorumq;  
 diuinis scri-  
 omnium

Demōstr  
 tur princi-  
 pui illius e-  
 uidens pu-  
 gratia, cū  
 diuinis scri-  
 omnium



pturis & omnium sententia, vt nihil possit euidentius, quàm sit hoc doctrina magistros ducésque tutum sequi, planè cæcus sit oportet, si catholice cui obscurum est.

ecclesie. Quale sit primum illud eorum principium, ex quo vnuer- De fide il- la sua de- monstratū contingere, quam ignorant scripturæ, Christus, apostoli, & superius. vnuerla ad nos vsque ecclesia, supra euidens fecimus.

Opera à deo præcepta, non ideo faciendâ, vt ipsam habea deo præce- mus placatum ac propitium, vt nostri misertus nobis peccata pra, nō id- remittat, nobisq; sua dignetur gratia & amicitia, eque eui- co faciendâ denter falsum demonstrauimus: diuinis scripturis, Christus, vt ipsum sanctorumque omnium exemplo, catholice per orbem facta habeamus contrarium: imò, eo respectu à nobis faciendâ, deum, diu- placatum nūquē spiritum vbiq; docuisse in scripturis. Eo respectu se & propi- cisse omnes sanctos, qui nobis velut duces quidâ sunt, propo- tium euidē firi & à deo dari, diuina testari eloquia. In quibus, cum veram ter falsum beatam, æternamque gloriam, velut præmia quedam propo- Euidenter nat mandatorum suorum obseruatoribus, qui conuenit, vt quoq; fil- blasphemix in misericordiam dei & Christi sanguinem reus sum demō sit, qui propositæ mercedis respectu, ad implenda dei manda- stratur, ta pigritiam suam excitat? An quisquam brauij & coronæ, vi nullum o- tiori à se propositæ, respectum haberi à certatibus non vult: pus esse bo & non contra potius?

num, quod Quod nullum opus bonum, aut deo gratum sit, nisi quod à deo præ ab eodem præceptum est, æquē euidenter falsum est. diuina ceptū non scripturis, Christo atque eius Euangelio contrarium: & dicit sit. natum, totius ab initio, non solum Christianæ, sed etiam re Præteryni teris illius ecclesie sententia.

uer& scri- Nunquid enim specialia præ ceteris hominibus, à deo præ- pturâ fal- cepta acceperant illi, quorum, etiam veteris illius populi, cō- sitatis eius meminit, & magnificam illam victricem, triumphantemque testes. fidem effert Apostolus? qui circueierunt in melotis, in præ-

Rechabi- bus caprinis, in solitu diuibus errantes, in montibus ac specie- te. cis, & in cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus

Elias. Nunquid Rechabitæ, qui speciale vitæ institutum seclabam Eli seus. tur seuerius & expeditius, quo suæ peregrinationis ad montes vniersiq; bantur, præ ceteris sui populi, specialia quoque mandata dei prophetæ acceperant? Nunquid Elias, nunquid Eliseus, ceterique pro- domini. phetarum domini, ad vitam cœlibem, & illam seueram, præ-



ius, & vigiliis, laboribus, vestitu, cubitu, cæteroque victu & habitu duram atque asperam, astringebantur præ cæteris? Nunquid, vt Nazaræi qui essent, specialis præcepti, & non potius spontaneæ deditiois votique fuerat? Nulla sane spe cuius lege, aut diuino mandato, hi obligabantur præ cæteris, vt certius hoc aut illud vitæ sectarentur institutum, quam ceteri. Et quanuis de quibusdam eorum mox conceptis, aut etiam priusquam conciperentur, diuinitus hoc prænunciatum sit, quod fururi essent sectatores instituti eiusmodi: prædictionis tamen, quam obligationis, magis hoc fuisse intelligendum est: nisi forte, quatenus respiciebat parentes eorum de quibus fiebat prædictio eiusmodi, vt ad hoc vitæ institutum educarent filios. Ita que in Numer. leges quidem Nazarorum speciales præscriptas inuenimus, sed hoc additur, quod illis nemo obligaretur, nisi qui spontaneo se illis voto astringerent. Vir, inquit, & mulier cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint deo consecrare, à vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt, & c. vvas siccas retereque non comedent cunctis diebus quibus ex voto domino consecrantur, & non vltra. Et in vniuersum de voto vt dicamus, nunquid ea præceptum habent, & voluntaria non sunt? imò de substantia voti hoc est, vt spontaneæ sit obligatio, qua quis deo astringit se.

Cum Samuel congregasset vniuersum Israël in Masphat, vt deprecarentur dominum: Hauferunt, inquit scriptura, aquam, & effuderunt in conspectu domini & ieiunauerunt illi, atque dixerunt: Tibi peccauimus domine. Nunquid autem villo dei præcepto, aut effundendæ coram deo aquæ illam ceremoniam, aut illius dei ieiunium, illis specialiter mandatum inuenimus?

Cum Dauidi, post peccatum illud quod in Vriam Hebræum commiserat, atque eius iam impetratam veniam remissionemque à deo, constituta nihilominus maneret poenitentia in punitionem eiusdem, quæ & hoc habebat, vt moreretur narus sibi filius, septem quidem dierum ieiunio, ac fleu in terraque decubitu, in cinere & cilicio se afflixit: speras fore, vt hoc faciens, vitam impetraret filio: sed nullum ieiunij, sicutus, & in terram decubitus eiusmodi speciale mandatum inuenio.

Ezechias rex Iuda, cum obsessus ab Assyriis intellexisset

*Nazaræi.*

*Samuel.*

*Dauid.*

*Ezechias.*  
verba



DE TRADITIO. HVMANIS;

verba blasphema, quæ regis Assyriorum nomine, Rapi-  
ces, adueniente vniuerso populo effuderat, scidit vestimenta  
sua, & opertus est sacco ipse, & ministri eius. Ad ritum  
eiusmodi, scindendarum vestium ad audita verba blasphem-  
iæ, & se sacco operiendi ad impetrandam diuinam mis-  
ericordiam, nullum puto mandatum singulare ostendit à do-  
mino.

*Esdra's.* Sic quoque Esdras ille, cum à rege Persarum Artaxerxe ac-  
ceptis mandatis & muneribus, captiuitatis reliquias reduce-  
ret Hierusalem, cum ipsis proficiscendum esset longo itinere,  
stoque itinere, erubuissetq; à rege auxiliares copias petere,  
eo quod eidem timorem dei persuadens, affirmasset manus  
eius esse super omnes, qui simplici bonoq; corde illum qua-  
rerent, & ob hoc recurreret ad diuinum auxilium, idem ipse  
testis est, vt sibi, suisque indixerit ieiunium: vt assurgeretur,  
inquit, coram domino deo nostro, & peteremus ab eo viam  
rectam nobis, & filiis nostris, vniuersaq; substantia no-  
stræ.

*Sarra illa Rachuelis filia.* Sarra, illa sancta Rachuelis filia, de septem  
eius sponsis à dæmonio interfectis, improprium, afflicti se  
triduano ieiunio, & cum lachrymis deprecabatur dominum,  
*Hierosolymita.* vt ab hoc liberaretur improprio. Ita quoque, Cum Nabu-  
chodonosor per Holofernem militiæ suæ principem, Hiero-  
solymæ rursus minitaretur seruitutem & exterminium, cla-  
mauit, inquit, populis ad dominum instantia magna, & hu-  
miliauerunt animas suas in ieiunijs, ipsi & mulieres eorum se  
induerunt se sacerdotes cilicijs, & caput aspergebant cinere.

*Judith.* Et istorum ieiuniorum, ciliciorum, & cineris conspersi super  
caput, quisquam diuinum vllum mandatum proferet? Nun-  
quid & Judith, illa sancta & gloriosa in generationibus suis  
foemina, vt à morte viri vestiretur ad nudam carnem cilicis,  
& præter sabbata reliquasque festiuitates domini, ieiunaret  
diebus singulis, vllò dei mandato astricta extitit? Ester, pro  
auertenda sui populi internicie quæ illi ab Aman parata fue-  
rat, se oblatura vitæ discrimini, ante, ieiunij, tam suis, quam  
populi sui, se commendauit deo. Atque Daniel, oraturus deo  
super desolatione Hierusalem & populi sui, orationi adiu-  
xit, quo efficacior foret, sacco & cinerem. Sic quoque Ma-  
chabæi congregati in Masphat, imploraturi diuinum auxilium  
aduersus nationes imminetes exitio populi, ieiunantes, se in-  
duerunt

*Ester.*

*Daniel.*

*Machabæi.*



terunt ciliciis, & cinerem imposuerunt capiti suo, aliâq; hu-  
 miliati sub deo cordis signa ediderunt, & quæ horum omniũ  
 mandata nobis diuina proferent? Ioanni illi Baptistæ vitam  
 hereticam viuenti, Nazaræorumq; institutum sectati ab  
 infantia, melora, vestitus locusta, mel syluestre, & aqua, cibus  
 potusq; fuerant: & victu rigidissimo eiusmodi indefesse se  
 sustinebat, sed eius faciendi præ cæteris, nullum ei datum præ-  
 ceptum inuenio. Prædicta equidem hæc fuisse de illo prius-  
 quam conciperetur, inuenio: at præcepta fuisse, & nõ potius  
 electionis, nunquam puto demonstrabunt aduersarij.  
 Quemadmodũ & Annam illam Phanuelis filiam, nullius  
 præcepti necessitate, sed proprij arbitrij electione, tot annis à  
 templo non discedentem, in eodem ieiunijs & obsecrationi-  
 bus continenter seruasse domino, nemini esse potest dubiũ.  
 Aequè & eos, qui apostolicæ vitæ instituto Hierosolymis se  
 adiunxerant à principio, proprietati suorum renunciâtes, at-  
 que eorundem diuendorum precia, ad pedes apostolorum  
 stiterunt, cum eisdem viuebât communiter, nulla præcepti  
 necessitate, sed spontanea volũtate illud ipsum fecisse, indu-  
 bitatum est. Aequè quos monastici instituti, atque Anachori-  
 tice vitæ patres, vasti cultores eremi, seruens illa primitiua  
 produxit ecclesia, & adhuc gloriosa memoria celebrat, eius  
 tum rigide vitæ instituti nullum præ nobis dei mandatũ spe-  
 ciale acceperant.

*Ioannes  
Baptista.*

*Annæ Pha-  
nuelis filia.*

*Apostoli  
cæ vitæ in-  
stituti se-  
cutores.*

*Monasti-  
ci instituti  
& Anacho-  
ritice vi-  
tæ patres.*

Quid igitur? vniuersa hæc, nec bona opera fuisse, nec deo  
 grata audebunt dicere: contra dei ipsius testimonium, cõtra  
 diuinarum auctoritatem scripturarum, contra veteris & no-  
 uæ ecclesiæ deo fidelium ab initio omnium indubitata sen-  
 tentiam? Quorsum ergo, cum ad ea nullo præcepto astringe-  
 rentur, ista sibi elegerunt homines? Nunquid ad hæc eos im-  
 pulit, aut mundi, aut carnis spiritus? Certè, quo consilio hæc  
 elegerint, & his se subdiderint sancti ab initio omnes, obscu-  
 rum non est: nempe, quoniam credebant & sperabant his pla-  
 cere deo, his medijs diuinam misericordiã impetrare. Quod  
 vana non fuerit hæc ipsa eorum fides & persuasio, di-  
 uina scriptura cõprobat: quæ eos ipso testatur diuinã pro-  
 mittere clemẽtiã & gratiã in omnibus exemplis quæ me-  
 morauimus: in Samuele, dauide, Ezechia, Eldra, Sara, Iudith,  
 Esther, Machabæis, cæterisq; innumeris, quos persequi infi-  
 nitum foret.



*Niniuita.* Et quid Niniuita? Audierant prædicantem clamantēque Ionam. Adhuc dies quadraginta, & Niniue subuertetur, audiuit populus: sermo peruenit ad regem; crediderunt in dominum: & nihilominus sperantes de infinita eius misericordia, ad poenitentiam conuersi, prædicauerunt ieiunium: & humiliati coram deo, in sacco, & cinere, & se mutuo excitantes ad implorandam eius misericordiam. Quis scit, inquit, si cōuertatur & ignoscat deus, & reuertatur à furore ire sue,

*Quis docuerit Niniuitas pro dei misericordia impetranda ad ieiunium ad faciem & cinerē.* & nō peribimus? Quis obsecro hos docuerat, his mediis placare dei iracundiam? eius vindictam deprecari, & misericordiam gratiamque quærere? Certè, nihil aliud, quàm illam ab initio omnium deo fidelium communem fidem, publicamque persuasionem inuenies. Eandem nepe, quæ & ceteros quos memorauimus omnes idem docuit: qui ad eundem finem recurrere, ad eandem media confugerunt. Et nūquid sua illos sefellit, fides & opinio? Et vidit, inquit, deus ad faciē, opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala, & miseratus est super malitia, quā locutus fuerat, vt faceret eis. Vides tu Omnia à deo grata acceptaque illa erant opera? vidit deus opera eorum, & miseratus est eis. Et vos affirmabitis, hæc deo ingrata, & nobisque inutilia? affirmabitis pernitiōsa, impia, Christi euangelio cōtraria, & à dæmoniorum doctrinis introducta, (vt atrociōra illa nomina taceam, sub quibus ab euangelistis vestris hæc commendantur vobis credulo populo) qua fiunt ad placandum deum, atque eius impetrandam gratiam, promerendamque misericordiam?

*Expositio verborum articuli. 15. cōfessi. quo suam hac dere sententiā explicant.* Admonetis homines, quòd traditiones humanæ, ad placandum deum, ad promerendam gratiam, & satisfaciendum peccatis, aduersentur euangelio, & doctrinæ fidei. Si de vestro euangelio, fideique vestra doctrina, hoc ipsum intelligitis, recte admonetis homines. At de Christi Euangelio, & fidei doctrina orthodoxa & catholica, si hæc intelligantur, nos contra admonemus omnes homines, hanc ipsam admonitionem vestram palam aduersari Christo, eius Euangelio diuinis scripturis omnibus, & communi ab ipso mūdi immo fidelium omnium fidei & sententiæ. Quandoquidē, traditiones hominum, hic intelligitis, sanctorū doctrinam certam viuendi normam aut præscriptam: adhuc, ecclesiæ præcepta de celebrandis à nobis, certis, quas instituit, annuerialibus solemnitatibus, in commemorationem mysteriorum nostræ demptionis



demptionis & salutis: item, de Confessione, Pœnitentia, Eucharistia suscipienda in paschate: utque diebus festis admissis missæ sacrificio: de interdicto carnis esu certis diebus per hebdomadas: Ieiuniis quoque constitutis ac solennibus: & precum modo formæque præscripta ministris ecclesiæ: Vniuersa denique quæ circa victum, vestitum, cubitumque durum & asperum, cæterasque carnis afflictiones, vltro neam abdicatorem suorum, complectitur institutū vitæ monasticæ. Quæ vniuersa, tam diuinæ scripturæ authoritas, quam consensus sanctorum ab initio omnium eo valere testatur: vt demonstramus, & adhuc post reddemus illustrius. Vota quoque & viuendi certa instituta, ab hominibus suscepta ea gratia, vt deum magis propitium habeant, & eius gratiam abundantiore sibi concilient, & pro peccatis suis satisfaciunt, tantus vestro aduersari euangelio, vestræ fidei: At Christi euangelio cõuenire, probarique fide catholicæ eius ecclesiæ, est planè euidētissimum.

Scripturam autem vocare traditiones eiusmodi, doctrinas dæmoniorum, quando docentur esse cultus vtilis ad promerendam remissionem peccatorum, & gratiam, &c. est in diuinis scripturas impudens & iniuriōsa calumnia. Nusquam docent scripturæ, quæ ab ecclesia, Episcopis, & sanctis patribus tradita sunt, quo commodius & certius, ecclesiasticæ societatis finem, hoc est, salutem vitæque beatam assequatur ecclesiæ filij, esse doctrinas dæmoniorum, imò, planè contra docent, illis ipsis nobis obediendum necessario: imò, deum in cæcis ratum habere, quicquid ab illis sic constitutum legitimum; fuerit. Se contemni Christus affirmat in sacrosanctis, quos nobis in regno ouilique suo constituit, magistratibus: His gratum deo fieri certum est, si ea humiliter obediētēque sequimur. Vt quæ per se deo grata acceptæque sunt, gratior reddantur, ex humili, quam eius magistratibus in iisdem de pendimus, obedientia.

Pauli ad Galat. verba. Euacuati estis à Christo, qui lege iustificamini, sententiæ suæ non recte accommodant. Expunge. hinc ille falsam & pharizæicam suis Galatis instillatam opinionem, quod ex lege Mosæica nobis esset quærēda iustificatio, quæ à solo deo, gratis, per Christum est: non tamen sine nostris operibus, quæ nō debita nostris operibus. Proinde, & demipse Paulus vbique docet & inculcat, vt cū ti-

A more



more, ac tremore nostram ipsi salutem operemur. Nullā traditionem hoc cōsilio institutam à sanctis patribus, vt promeremur remissionem peccatorū & diuinam gratiam, euidenter falsum est: imò contra, omnem illorum traditionem, illo præcipue & finaliter respicere, nempe, ad finem ecclesiasticæ societatis, indubitatum est.

Quàm verò hoc est ineptum, quod interrogat, aut quis vellet quæ constituere ad promerendam peccatorum remissionem diuinamque gratiam, qui scire posset an deo placeret eiusmodi? Quasi verò ex scripturis, ex Christi & Apostolorum doctrina, vita, exemplo, omnium ab initio fidelium communi fide & persuasione publica, indubitatum nō sit, vt tenuis, fletu, lachrymis, humiliatiōe nostri, afflictionēque ceteris, orationibus piis, feruētibus & assiduis, atq; omnibusque eodem pertinent, eius sit prouocanda, impetrandaq; misericordia? Si aduersariis hæc nota non sunt, prodigiola sine causa est ipsorum excaecatio, vt clarissimam veritatis lucem nō videant: & quod ab initio: publica & velut naturali quadā persuasione innotuit omnibus, illis obscurum sit.

*Quale sit, quod perpetuo in opere habent.* Sed, inquit. Nōne vbiq; prohibet deus in prophetis, instituere peculiare cultus, sine mandato dei?

*Vbiq; prohibet deo, in prophetis peculiare cultus institui, sine eius mandato.* Quæ hæc verborum portenta, quæ inuolucra sunt? Quid non aperte loquimini? Prohibet ne scriptura, mandari à deo positus, à superioribus, quæ esse deo grata & accepta indubitatum est? Hoc enim si esset, ad propositum faceret, & nostræ aduersaretur sententiæ. Nunquid Rex Niouita, qui profanus, peccauit, ad Ionæ prædicationem & hominum iumentis indicens ieiunium, & ne aut cibum, aut potum caperent: quo tristi illa rerum omnium facie, iumentorum etiam vociferationibus & clamoribus ex inedia, homines magis admonerentur pœnitentiæ? Si regi profano, eiusmodi respectu ieiunium indicenti, obedire tenebatur subditi: nūquid Christi fideles obseruare non tenentur ieiunia, & quæ similia, salutis causa, præcipiuntur ab Episcopis, ecclesiarum prepositis & sacrosanctis magistratibus, qui ecclesiasticæ hierarchie præfident? qui sedent super cathedram Apostolicam? Non debent oues Christi in his obedire suo pastori & rectori, quem ipse illis Christus constituit? cuius præceptis, etiā coram deo in cœlis affirmavit adesse ligandi efficaciam.

Quos ergo hic peculiare cultus inducitur, vbiq; prohibet, quos in prophetis sine dei mandato instituit? An forte idola.



triam dicitis? Eo sanè pertinet Ezechielis, quã ad hoc ipsum *Ezechielis*  
 inducunt, sententia. Cui capit. (quod citant) x. præceptum *citata ab il-*  
 legimus à deo, vr senioribus Israël, abominationes patrum *lis sententia*  
 suorum à die qua ipsos eduxerat è terra Aegypti, ostèderet: *q̄ à p̄posi-*  
 exprobrarétq; quod eorùdè imitatores exulterét. Dices, in- *to alienis*  
 quit, ad eos, Hæc dicit dominus deus. In die qua elegi Israël *fit.*

& leuavi manû meã, & c. vt educerem eos de terra Aegypti,  
 in terram quam prouideram eis, & c. dixi ad eos. Vnusquisq;  
 offensiones oculorum suorù abiiciat, & in idolis Aegypti no-  
 lite pollui, ego dominus deus vester. Et irritauerunt me, & no-  
 uerunt obedire. Vnusquisque abominationes oculorum suo-  
 rum non proiecit, & idola Aegypti non reliquerunt. Subiũ  
 gens deinde, quem admodum idem partes, irritauerant eum  
 in deserto, & propter hoc iurasset neminè eorum introduce-  
 re in terram quam ipsis promiserat, dixi, inquit, ad filios eo-  
 rum in solitudine. In præceptis patrum vestrorum nolite in-  
 cedere, nec iudicia eorum, custodiatis, nec in idolis eorum  
 polluamini. Ego dominus deus vester, & c. Et exacerbauerunt  
 me etiam filij: & in præceptis meis non ambulauerunt, & ce-  
 tera. Propter quod irerem leuavi manum meam in eos in so-  
 litudine, vt disperderem illos, & c. eò quòd iudicia mea non  
 fecissent, & præcepta mea reprobassent, & cetera, & post ido-  
 la patrũ suorum fuissent oculi eorũ, & cetera. Quamobrem,  
 loquere ad domum Israël, fili hominis, & dices ad eos. Hæc  
 dicit dominus deus. Adhuc & in hoc blasphemauerunt me  
 patres vestri, cum spreuissent me contèntes, & induxissent  
 eos in terrã super quam leuavi manum meam vt darem eis.  
 Viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemo  
 colum, & immolauerunt ibi victimas suas & dederunt ibi irri-  
 rationem oblationis suã. & c. Propterea hæc dicit dominus.  
 Certe in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offen-  
 sacula eorum vos fornicamini, & in oblatione domorum ve-  
 strorum, cũ traducitis filios vestros per ignem, vos polluimi-  
 ni in omnibus idolis vestris vsque hodie. Haçtenus ille.

*Attende*

Audis Lector Christiane, quas scripturas, & quorsum in- *lector, q̄ ef-*  
 docant aduersarij. Admonuit illos deus, ne paterna flagi- *ficaciter ex-*  
 tia, paternam idololatriam imitarentur. Ergo Episcopis no- *scripturis*  
 stris, cathedræ Apostolicæ præsidibus, Christi ouilis recto- *sua sensa*  
 ribus, quibus ab eodem dictum est Christo. Quæcunque li- *astruat ad*  
 gaueritis super terram, ligata erunt & in cælis: si nostrę salu- *nerari.*

A ij



colligat *Antichri-  
sti.* tis gratia, quę maturissimo & sapientissimo consilio sacerdo  
Papatum tali expedire videntur, præcipiant, nobis obedire deus præ-  
esse regnū hibeat? Hocine est accommodare scripturas quo pertinent  
Antichri- & non potius apertas impudentesque calumnias veritatis  
sti. scripturis componere, ad imponendum simplicibus? Ita ne  
Verba a- pulchre vobis demonstratum est, Papatum esse regnum An-  
postoli: Ne tichristi; quod in eo docetur, non solum vtile, sed etiam ne-  
mo vos in cessarium esse Christi fidelibus, vt obseruent præcepta eccle-  
dicet in ci- sia? vt obediant suis rectoribus & pastoribus, quibus à Chri-  
bo &c. q̄ sto subiecti sunt?

nihil perti Et quid obsecro ad vestram sententiam pertinent, quę ve-  
neant quo stro more inducitis verba Apostoli ad Colossenses? Ille ces-  
inducitur sasse docens in Christo, cæremonias legis Mosaicę. Nemo,  
ab aduer- inquit, vos iudicet in cibo, aut potu, aut parte diei festi, aut  
sariis. neomeniæ, aut sabbatorum: quę sunt, vmbra futurorum, cor-  
pus autem Christi.

Sed simul, inquit, & legem Moyfi, & humanas traditio-  
nes complectitur Apostolus.

Quid hęc audio? Nunquid vel lippienti obscurum est de  
veteris legis cæremoniis loqui Apostolum? Quę, inquit, sunt  
vmbra futurorū quorum solida veritas in Christo nobis ex-  
hibita est; quorum corpus Christus est: Euanuerint proinde  
necesse est, postquā solida nudaq; eorum veritas coruscavit  
de crucis patibulo; postquā corpus eorundē nobis est exhibi-  
tum. Et nūquid sanctorum patrum, & ouilis Christi rectorū  
mandata, traditionesque, etiam vmbre futurorum sunt? Hoc  
est scripturarum vti testimonio: an abuti potius?

Sed si Euangelium, inquit, negant cæremonias Moyfi  
Vt frustra (quę erant diuinitus institutę) iustificare: quanto minus iu-  
cōcludant stificant traditiones humanę? Primum hęc operam perditas  
hūmanas tra- concludentes humanas traditiones minime iustificare nos  
ditionibus quando & nos, ab vno deo, per Iesum Christum dominum  
non iustifi- nostrum, & non ex operibus iustitię quę fecimus nos: etiam  
cari nos, qualibuscūque iustificari nos supra demonstrauimus: tam etiā  
vt quod af- non sine nostris operibus, quibus dei gratia nos misericor-  
firmatur dia, & gratia, sollicitanda procurandaque est. Quo, vt vale-  
etiam à ca- bant etiam veteris legis cæremonia, atque earum humilis fi-  
tholicis. delis que obseruantia, quamdiu viguit eius legis obligatio:  
ita quoque valet humilis impletio atque obseruantia legum  
quę in domo Ecclesiastica ab eius rectoribus nobis præfixę,



constituæque sunt.

Deinde, Longissima est diuersitas eorū quæ coniūgitis, cæ  
 remoniarū legis Mosaicæ, & traditionū præceptorum eccle-  
 siæ, atq; eorum quibus commisit Christus sui ouilis curam & efficaciter  
 regimen. Illis vt eiusmodi, nunc vt, nō solū foret inutile, sed  
 & damnable: siquidem nondum impletam earundem verita-  
 tem, ad quam prænunciandam, præfigurandamque instituta  
 fuerant, re ipsa significaremus: & negaremus Christum ve-  
 nisse in carnem, vt pulchrè habet Diuus Augustinus contra  
 Faustum. His verò, humiliter obsequi nobis est ad salutem  
 necessarium: tã inquam, quàm Christi mandatis obsequi: qui  
 hoc nobis præcepit, vt obediamus constitutis à se magistrati  
 bonaffirmas in cœlis hoc ratum haberi, quicquid illi ipsi hic  
 nobis præfigunt & statuūt: nos enim efficaciter obligari, præ-  
 ceptionum earundem vinculis. Quæ nisi illis constaret autho-  
 ritas, quo pacto possent, quod eidem Christus præcepit, eius  
 gregem & regere & pascere? Quis ordo? quæ vnitas? quis cō-  
 sensus foret in domo ecclesiastica? Sed hæc, & suprà & alibi  
 copiosius euidentiusque demonstrauius.

Quæ proinde sit falsa, quàm pestilens aduersariorum sen-  
 tentia, qua leges Ecclesiasticas quibus certis per septimanas  
 diebus carniū esus nobis interdictus est, & præterea consti-  
 tuta præscriptaq; certa ieiunia, dæmoniorum doctrinam faci-  
 unt, nulli sanæ mentis dubium esse existimo. Quãdoquidem  
 hoc Christus, hoc propheta, hoc Apostoli, hoc sancti omnes,  
 & verbo & exemplo docuerunt quòd ieiunia, & similes car-  
 nis afflictiones deo placeant: & quòd sint efficacissima media,  
 quibus diuinam placemus iram, & impetremus veniã & mi-  
 sericordiam. Clamat Deus per prophetam: Cõuertimini ad  
 me, in toto corde vestro, in ieiunio, fletu & plãctu, docet ille  
 sanctus & Deo plenus Tobias filium suum: Bona est oratio,  
 cum ieiunio & elemosyna. Hoc ipsum habuit ab initio, om-  
 nium sanctorū publica indubitatq; persuasio, proinde, quo-  
 bus diuina illis imploranda erat misericordia, ad hæc media  
 semper confugerūt: ieiuniū inquam, cilicium, sui profundissi-  
 mam humiliationem, in sacco, in puluere, & cineribus, & ora-  
 tionem feruentem cum fletu & lachrymis: quæ & ipsa, effica-  
 cia semper experti sunt: quemadmodum iam multis exem-  
 plis demonstrauius, & vniuersa scriptura plena est. Iohan-  
 nes ille Christi præcursor, Deo placere, & acceptum esse, vt

*Quàm sit  
 pestilens ad  
 uersariorū  
 doctrina,  
 qua leges  
 ieiuniorū  
 eccle-  
 stasticas,  
 doctrinas  
 dæmonio-  
 rum faciunt.  
 Ieiunia &  
 similes car-  
 nis afflictio-  
 nes esse me-  
 dia effica-  
 cissima ad  
 placandam  
 dei irã &  
 impetrandã  
 veniã  
 ac miseri-  
 cordiam.*



carnem nostram maceremus ieiuniis, vniuersoque victu, re-  
 fitu, cubitu, duris atque asperis, vniuersa sua vita testatus est.  
 Christus, etiam suo ieiunio quadragenario consecrauit ieiu-  
 nium, & suo nobis exemplo commendauit, promittens panem  
 pro eo redditurum nobis mercedē. Ieiunarūt apostoli, post-  
 quam ab ipsis sublatus est Christus: nec vllum opus arduum,  
 in quo specialiter diuinam requirebant gratiam, aggrediebū-  
 tur absq; ieiunio. Paulus nos adhortatur, vt in omnibus nos  
 exhibeamus sicut Dei ministros, in multa patientia, in labo-  
 ribus, vigiliis, & ieiuniis. Catholica ecclesiā de eisdem com-  
 munem fidem, publicē receptam & re ipsa comprobaram san-  
 ctis omnibus sententiam, iuuat sanctissimi doctissimiq; Chri-  
 sti martyris & Pontificis Cypriani verbis ascribere. Ieiunium,  
 inquit, vitiorum sentina siccatur: carnis perulantia marcescit  
 cupiscentia languet: fugitiuæ abeunt voluptates. Vtilitas reu-  
 niorum temporibus Christianis clarius patuit: & à multitudine  
 quentata, in plurimos se effudit. Quot virtutum viros vidi-  
 mus, sine ieiunio non legimus ascendisse: nec aliquid magni  
 moliti sunt, nisi prius ab abstinentia præcessisset: quoties à Deo  
 obtinere aliquid conati sunt, ieiuniis incubuere, & lachry-  
 mis: & pernoctantes in orationibus, ciliciis carni adhæren-  
 tibus supplices beneficia postularunt. Nec defuit prouen-  
 tus, vbi ad pedes dei, sacrificium cordis contriti offerens, se  
 prostravit humilitas: sed præsto fuit, se inuocantibus, deus  
 & porrexit manum naufragis, & subuenit afflictis. Hæc est  
 ecclesiæ catholicæ de ieiunio sententia, verbis illius verè ca-  
 tholici Episcopi expressa: & aduersarios nostros non pudet,  
 sanctorum patrum, Episcoporum, & catholicæ ecclesiæ re-  
 ctorum constitutiones, legesque Ecclesiasticas, quibus cer-  
 tis diebus esus nobiscarnium, lacticiniorumque interdicitur,  
 & stata præscribuntur ieiunia, doctrinam dæmoniorum di-  
 cere? Mihi sanè hoc illis vsu venire videtur, quod iis, quibus  
 oculorum pupilla extraneo aliquo colore, aut lingua, sapore  
 infecta est. Vt enim hi, colorem, saporem ve, quem secum in  
 lingua & oculo circumferunt, in re existimant, quam contue-  
 tur, aut masticant: ita illis, omnia quæ contuentur catholicæ  
 ecclesiæ dogmata, dæmoniaca apparent: sed vitium in ipsis  
 non in re est.

*Catholica  
 ecclesiæ do-  
 ctinade iei-  
 unis, ver-  
 bis beatif.  
 Cypriani  
 expressa.*

*Simile.*

*Apertio cō-  
 grua.*

*Aduersa* Non defuerunt etiam ab initio, illi antiquo iuratōq; hosti-  
 vrorum do nostro sui satellites, sui Apostoli, per quos venenū suum in-



illaret vitro ad hæc pronis hominibus: persuaderetque in- *trina quos*  
 dulgere genio, molliter viuere, ieiunia, carnis afflictiones, vi *ab imitator*  
 bus vestitusque austeritatem, nullius apud deum momenti *que nunc*  
 haberi. Quorum fere primus, Cherinthus nominatur, Epicu- *assertores*  
 reus Theologus, qui in carnalibus voluptatibus, imaginaba- *habuerit.*  
 tur vitæ futuræ felicitatem consistere. Huic Iouinianus suc- *cherin-*  
 cessit: qui inter cætera blasphemiarum portenta, inter absti- *thum Ioui-*  
 nentiam ciborum, & eorundem cû gratia actione perceptio *nianum.*  
 nem, apud deum nullam volebat esse distantiam. Nactus est *vigilan-*  
 hic se dignum discipulum Vigilantium, hominẽ, tam arrogã *tium.*  
 dum, quam indoctum. Aduersus hos diuus Hieronymus sua il- *uicle sum*  
 liothodoxa & magnifica tuba intonat. Ex istorum cineri- *Husitam*  
 basiam olim extinctis, consopitisque multis seculis, Vvicle- *damnan-*  
 sus & Husita, illi strenui sathanæ milites, rediuiua conati sunt *titulo,*  
 caritate incendia: sub ecclesiasticæ libertatis titulo, damnan- *Lutherum*  
 tis imposita nobis ieiunia ab ecclesia. Quorum duplex spiri- *cum suis.*  
 tus in Luthero reuixit, qui hoc velut melle conditum nouũ *conclusio*  
 illud suum Euangelium (Mahumeris ea in re imitatus inge- *de interdi-*  
 num & vafricem) attemperauit gustui carnalis populis, & *cto esucar-*  
 populare fecit, Germanisque suis quibus crapula quàm ieiua- *num, et*  
 tum magis placet, se facile insinuauit. Cuius ea in re autori- *in lecto ie-*  
 tatem, doctrinamque sectantes aduersarij, hæc ipsa, nunc dæ- *iuio cer-*  
 moniorum doctrinas faciunt, vt intelligas per quos sanctos *rum.*  
 præter, & quæ, sit huius sanctæ doctrinæ successio. Itaque vt *epilogus*  
 præteramur ad institutum. Quod publica persuasio fuerit, & *predicatio-*  
 doctrinis pariter, & indoctis recepta in vniuersa ab initio ec- *rum.*  
 cllesiæ, probata sanctorum exemplo omnium, diuinis confir- *conclusio*  
 mata scripturis, tradita & à Christo & ab Apostolis. Veilissi- *de interdi-*  
 mum nobis esse, auertendæ diuinæ iræ, atque eius gratiæ pro- *cto esucar-*  
 curandæ respectu, carnem nostram affligere vigiliis, ieiuniis, *num, et*  
 ciuiis, & rerum omnium voluptuariarũ abstinentia: esu car- *in lecto ie-*  
 nium, & potu vini nobis interdiceret: pisciculis, leguminibus, *iuio cer-*  
 crustulis, aqua potu contentos viuere: habita tamen in om- *rum.*  
 nibus tali ratione corporis, ne seruiendo spiritui ineptũ red- *conclusio*  
 datur, iam euidentis fecimus. *de interdi-*  
 Quod insuper ecclesia, habita tamen infirmitatis omnium *cto esucar-*  
 ratione, sapientissimo cõsilio, non fortiora, sed faciliora quæ- *num, et*  
 tum horum in vniuersum præcepit, quibus, negligentiorib<sup>9</sup> *in lecto ie-*  
 tatis suæ, aliquod frenum iniiceret, ne permitterentur car- *iuio cer-*  
 nis voluptatibus se profus immergere, sed vrgentis præcepti *rum.*



tis diebus necessitate aliquando cogentur abstinere à placitis: dicitur  
 ab ecclesia gentioribus autem, & magis satagentibus, occasionem præ-  
 refellunt: itaret, plus præstandi, & à seipfis exigendi, quàm ipsa exige-  
 tur aduer- ret: hoc est, binis per septimanas diebus esu nobis carniu-  
 sariorum terdixit: & præterea quadragenarium, & aliorum nonnullorum  
 aduersus rum dierum ieiunium indixit, nõ dubitamus ipsam hoc fecisse,  
 eadem ca- se, vtilissime: nec vlli Christiano licere, hæc præcepta conde-  
 lumnie. nere, nec etiam absque necessitate transgredi.

Non obscu- Quibus quod doctrinam de gratia & iustitia, quæ est præ-  
 rari sed il- cipua pars Euangelij obscurari affirmant, si de sua doctrina  
 lustrari, suo Euangelio loquatur libenter admittimus. Vt qui suas tu-  
 per istius- ni liberas habenas (tame si mortificationem nonnunquam no-  
 modi præ- minent (permitti volunt: nihil illi interdici, nihil subtrahi, qui  
 cepta, do- nullam illius afflictionis, asperitatis & abstinentie vtilitatem  
 Etrinã de affirmant: nullam pro peccatis nostris punitionem aut iustitia  
 gratia ex- ctionem exigunt: vt quibus vna fides abunde præstet omnia.  
 iustitia, Sed si de Christi Euangelio, & doctrina catholice ecclesie  
 aut diuina loquantur, contra plane res habet per omnia. Neque obscu-  
 præcepta. ratur, sed illustratur, doctrina de gratia & iustitia, per præ-  
 cepta eiusmodi: & excitantur, prouocatur adiuuaturque Chri-  
 sti fideles ad eam ipsam assequendam iustificationis gratiam.

Eadem veritate subnititur, quod addunt diuina præcepta  
 obscurari præceptis istiusmodi: imò, ad hoc maxime seruiunt  
 hæc præcepta ecclesie, vt nos admoneant & impellant salu-

Quam di- tis nostre sollicitam curam agere: pœnitere de comissis pec-  
 stricte exi- catis: eorum remissionem quaerere: nos præparare ad dignam  
 gat à no- communionem corporis & sanguinis domini, quod noluit  
 bis, de? vt multi alioqui negligenter.

obsequa- Sed traditiones, inquit, & præcepta istiusmodi lóge præ-  
 mur præ- ferebantur præceptis dei.

ceptis, ec- Ista est aduersariorum hyperbole. Quanquam si dicerem  
 clesticæ contemptores præceptorum Ecclesiasticæ hierarchiæ & ca-  
 hierar- thedræ apostolicæ præsidum, grauius peccare, quàm qui ten-  
 chie præ- tatione, aut carnis infirmitate victi, pleraque dei præcepta tras-  
 sidum. grediuntur, haberem diuinarum scripturarum clarissima te-

cõtumax monia, quibus meam confirmarem sententiam. Nam quàm  
 inobedi- districte exigat à nobis deus, vt illis obsequamur, in Deute-  
 tia, erga- ronomio clarissimis verbis expressit diuinus spiritus: & iubet  
 magistra- contemptum præcepti aut imperij sacerdotis præsidis cathe-  
 tus sacros dra, expiari mortis supplicio. Vt auferas, inquit, malum de  
 Israel.



Israel. Quod tamen non quibuslibet diuinorum præcepto. à christo  
 transgressionibus, sed certis, iisque grauisimis, constitu-  
 tum legitur. Nec immerito grauis admodum censenda est, in ecclesia  
 in sacrosanctos à Christo constitutos nos magistratus in suo peccatum  
 hoc ouili, suo regno, hoc est, ecclesie, rebellio, contemptus, grauisi-  
 de superba, animosa, contumaxque inobedientia: & in Chri-  
 tum.  
 Nihil eam ipsam redundare iniuriam: præsertim, cum inde solua-  
 tur omnis ordo, omnis vnitas in ecclesia: vnde eius salutem contemptus  
 pendere indubitatum est. Quàm deus semper magis horré-  
 do exemplo, præsentiorique vindicta, quàm suarum legum  
 etiam grauisimas transgressiones vltus inuenitur. Dathan  
 & Abiron Mosaicæ autoritatis contemptores, in audito o-  
 thian ex-  
 mibus seculi supplicio, dehiscens de sub pedibus terra vi-  
 Abirò, ad  
 nec aborsibuit, demisitque ad inferos. at Dauidi adultero &  
 adulterii,  
 homicida, idem deus, apud quem personarum acceptio nul-  
 le est, tam immane, tam multiplex, & tam fraternæ charitati  
 le homici-  
 dimum scelus, quàm remisit facile?  
 uid.  
 Quod traditiones patrum sanctorum & præcepta eccle-  
 siæ, magna cõscientiis pericula attulerunt, lógissimè abest  
 a vero animò contra planè, magnam, piis, & obsequètibz vtili  
 præcepta  
 tatem attulerunt. Neque sunt tam multa, neque tam graua, nullum cõ-  
 sciètiis per-  
 ueorum sit, aut impossibilis, aut etiã admodum difficilis ob-  
 riculũ, sed  
 seruatio. Et rectè arbitrantur homines, quod illis obedire te-  
 piis vilita-  
 neantur, nisi causa subsit grauis aut necessaria: ita vt charitas  
 tatem ma-  
 aliter suadeat. Quod tamen, nenobis imponat philautia: cum  
 gnã affer-  
 iudicio sacerdotis nostri debet fieri.  
 re.  
 Quod dicunt abitari homines has obseruationes esse ne-  
 Alterius  
 cessarios cultus, nouus hic loquendi modus est, & quem vix  
 calumnie  
 intelligimus. Nam cultus vocabulum, hac in re nobis in au-  
 depulsio.  
 dicum est: sed nos cultũ intelligimus patriã, hoc est, actũ qui  
 Quàm in  
 specialiter & propriè ad dei honorem pertinet: nec quisquã  
 epte vtan-  
 cultum audit aut intelligit. Sed aduersã  
 tur cultus  
 omnia noua sunt, nec quicquam consuetum placet.  
 vocabulo.  
 Sed Paulum affirmant ad Timotheum prohibitionem ci-  
 Quã sint  
 horum doctrinam dæmoniorum dicere. Quia, inquiunt, pu-  
 in paulum  
 grat, cum Euangelio, talia opera aut instituere, aut facere, vt  
 iniurii, dũ  
 per ea mereamur gratiam, quasi non possit existere, Christia  
 illum, affir-  
 ritus sine tali cultu.  
 mant hæc  
 Nisi me cohiberet instituti ratio, & hoc loco, & sæpe aliàs  
 præcepta  
 tuerent, quod merentur aduersarij, & verum audiendo, ma-  
 præcepta  
 lam ecclesie



*doctrinas  
demonio-  
rū dicere.*

Iam voluptatem, quam male loquendo ceperunt, perderent. Ita ne Paulus dæmoniacæ doctrinæ hic magistratam faciat, quæ alibi veritatis columnam, & firmamentum prædicavit ecclesiam, quod certorum dierum ieiunium, cum nonnullorum ciborum abstinencia nobis indixerit?

Paulus diuino spiritu afflatus, præuidisse se affirmat, quod in nouissimis diebus, discessuri quidam essent à fide, attendentes spiritui erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocritis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentiū nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione Christi fidelibus. Nec ipsum fefellit prædictio. Surrexerunt enim in

*Quorum  
doctrinas,  
velut spiri-  
tu præuidēs,  
notauerit  
Paulus.*

*Tatiani.  
Enkratita-  
rum.*

*Manichæi  
Priscillia-  
nitarum.*

*Patritiano-  
rum.  
seueriano-  
rum.*

*Hierony-  
mus, vt di-  
ctum pau-  
li locum  
intelligat.*

primis Marcion, deinde Tatianus, à quo Enkratitæ originem sumpserunt. Et post hos Manichæus, & Priscillianus, qui re- malum damnarunt coniugium. De Marcione & Manichæo

Diuus Hieronymus libro primo, contra Iouinianum propo- initium, ita loquitur. Neque verò nos Marcionis aut Manichæi dogma sectantes, nuptiis detrahimus. De Tatiano, & Priscil-

lianitis Diuus Augustinus libro de hæresibus, testis est: qui nuptiarum fœdera disiungebant, etiam inuitis alterutris. Sic

quoque inuēti sunt, qui corpus aut carnem, suapte natura re- malam dicerent, & factam à malo principio: quod vnum ex

Manichæi blasphemis dogmatibus extitit. Quæ Patritius qui- dem secutus est, qui Patritianorum hæresi nomen dedit.

Quemadmodum Seuerus alter quidam, à quo Seueriani du- xerunt originem, docuit non licere villo pacto vinū bibere,

eo quod fabulosa quadam vanitate (vt diui Augustini verbis vtatur) de Sathana & terra germinasse vinum affirmabat. Quæ

eundem errorem diuus Hieronymus in commentariis super Amos prophetam tractans illum locum propheta, Propina-

batis Nazaræis vinū, Tatiano Enkratitarum patri attribuit. Hos spiritu præuidens Apostolus designat, à fide disceden-

tes, & spiritibus erroris, & dæmoniorum doctrinæ atten- dentes, prohibentes nubere, & in creaturis suis blaspheman-

tes creatorem. Aduersus quos idem affirmat Apostolus, om- nem creaturam dei, bonam esse: nec quicquam reiiciendum

quod cum gratiarum actione percipitur. Proinde Diuus Hieronymus, aduersus Iouinianum, hunc ipsum Pauli locum tra- ctans. Reprobat, inquit, Apostolus, eos qui prohibebant nu- bere, & iuebant à certis cibis abstinere: sed Marcionem desi- gnat,



perdere, & ceteros hæreticos, qui abstinentiam eorundem inducunt perpetuam, ad destruenda, condemnnanda, abominanda opera creatoris. Nos autem omnem creaturam Dei laudamus, in aciem saginæ, abstinentiam luxuriæ, ieiunia que præferimus saturitati: & à diebus Ioannis Baptistæ ieiunato- rum & virginis, regnum cœlorum vim patitur. Hactenus ille. Hæc mihi de præsentì controuersia æquis iudicibus suffi- cere posse videntur.

# DE CVLTV ET INVOCATIONE SAN- ctorum Decima tertia Controuersia.

**D**E cultu & inuocatione sanctorum docent aduersarij, quod eorum no- bis possit proponi memoria, vt imitatorum ex- temur fidem, & bona opera, quisq; placatur do- secundum vocationem suam: sed scriptura & scripturam nos non docere, inuocant sententia. re eosdem, seu petere ab illis auxi- lia: Cùm vnus Christus nobis sit à Deo propositus mediator, propi- tiator, atque intercessor, Eum inuo- candum esse, qui se promisit, exauditurū preces nostras. Vere scriptores, tamen si hono- rados sanctos doceat, inuocados non docere. Et quoniã cõstat euidenti diuinę scripturę apud Zachariã testimonio, angelos orare pro nobis viuētibus, nec Quò ima- ipsum possint inficiari aduersarij, hoc ipsum tamen, mali- gnetur sã- gne ac restrictę, atque ita cõcedunt sanctis, vt sicut viui orãt etos orare p̄ vniuersã ecclesia in genere, sic in cœlis orët p̄ vniuersã ec- pro nobis. clesia. Quãquã nullũ de mortuis orantibus pro viuīs testimo- Cur no- niũ extare velint in scripturis, præter vnũ s̄oniũ, quod vocat lint in- ex libro